




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/321495>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA


RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

YSBRANDUS JANUS HENRICUS DE KOCK,

RHENO-TRAJECTINUS.


DIE XVII. M. OCTOBRIS A. MDCCXLIX, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud L. E. BOSCH ET FILIUM, Typogr.

MDCCXLIX.



THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Dies interpellat pro homine.

II.

Regula , *locus regit actum*, ex fragmentis in corpore
juris civilis servatis , probari nequit.

III.

Lex 24 § 2 Dig. de rebus auct jud. poss. et lex 7 §
2 D. dep., SCHULTINGIO auctore (thes. 19 § 3) , conciliari
posse videntur.

IV.

Filiusfamilias , ratione *peculii castrensis* , tenetur ultra quam facere potest.

V.

Venditio ab emtore contra pactum *de re non alienanda* facta , inutilis non est.

VI.

In art. 1063 C. C. verba *bij gebreke van een ander* intelligenda sunt de casu , quod alter executor absentia aliave justa causa impeditus est.

VII.

Tutor pupillam ducere potest , nec requiritur consensus judicis cantonnalis , nec tutor ad hoc datur.

VIII.

Illi , cui usus rei datus vel relictus est , ipsa res tradi debet.

IX.

Ususfructus et usus rei immobilis usucapione constitui potest.

X.

Domicilium conventionale etiam valet ratione heredum

XI.

Si convenerit, ut magister navis vectori alimenta praestaret, navigatione vi majore interrupta, ex art. 525 C. M. vector tenetur pro rata nauli parte, etiam pretium alimentorum praestare.

XII.

Probatio contra proxenetarum codices admittitur.

XIII.

Uti hypothecae ex art. 774 C. M. nullae sunt, etiam privilegia ex art. 315 C. M. non valent in casibus, in art. 774 C. M. indicatis.

XIV.

Commissionarius ad emendum, si res suas mittit, tamen potest provisionem exigere.

XV.

Art. 89 C. M. ex jure Francico translatus in nostrum codicem, rationi nostrae legis parum congruit.

XVI.

Si incendium culpa filii minoris apud assecuratum inhabitantis ortum est, assecuator solvere tenetur.

XVII.

Monstra occidere non licet; non autem constat legislatorem Francicum habere homicidam, qui monstrum necaverit, uti statuit cl. Mittermaier. ad FEUERBACH. § 207 not 1.

XVIII.

Ex art. 274 C. P. minime exigitur mendicum, in ipso actu deprehensum esse.

XIX.

Filii et filiae regis delinquentes puniri nequeunt.

XX.

Universitas delinquere nequit.

XXI.

Coheres ob furtum rei hereditariae legi poenali non subest.

XXII.

Commercii epistolici violatio, admissa ab officiali, jussu superiorum, in poenam art. 187 C. P. incidit.

